



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. De Apostolis, & tempore illos petendi ac præsentandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

pellari potest. c. Directe. 39. b. t. Neque enim hic talis ob contumaciam aliquam, quam nullam posuit, vel quæ per redditum ad Iudicem à quo, purgata fuit, ab iterata appellatione. si iterum graviter, repellere debet.

SECTIO VI.

De temporibus, seu fatalibus appellationum.

Fatalia dicuntur illa tempora, quibus lapsus facultas, quæ appellandi causa concessa est, intercedit & extinguitur: Talia fatalia sunt quatuor. Primum est tempus interponendæ appellationis. Secundum est tempus perendi & concedendi Apostolos. Tertium est, tempus praesentandi, seu offerendi prædictos Apostolos Iudici ad quem. Quartum est tempus ad prosequendam & finiendam appellationem concessum. De primo sit

§. I.

De tempore interponendæ appellationis?

D E jure antiquo appellandum fuerat in causa propria intra biduum; in causa aliena, seu procuratorio nomine intra triduum, à prolatione sententiae numerandum: hodie tamen jure novo intra decem dies à die gravaminis illati etiam extrajudicialis, vel latæ sententiaz etiam interlocutoriaz utiliter appellabitur, utroque jure tempus hoc approbatum, ad cavendam scilicet litium prolongationem, & litigantium damnam auctor. hodie. junct. Gloss. Cod. b. t. c. Quid ad consultationem 15. de sentent. Et re judi-

cat. c. Significaverunt 36. junct. Gloss. V. intra 10. dies de testibus. Est autem hoc tempus descendii, intra quod fieri debet appellatio, in principio utile, in progressu tamen continuum, ita ut non incipiat currere, nisi à tempore scientiaz, postquam scil. pars litigans scit sententiam contraria latam esse; vel postquam scivit, si extrajudicialis sit appellatio, gravamen in sui præjudicium illatum esse aut inferri: si vero cœpit currere, continuum erit usque ad idem punctum temporis, post 10. dies elapsos, à quo incepit, solemnes etiam ferias includendo, jure scil. tempus interponendæ appellationis sic disponente, ut appellans deliberaundi quidem tempus habeat, quod tamen nec nimis breve sit, nec nimis longum, cum etiam feriatis diebus appellare liceat, ut supra dictum.

§. II.

De Apostolis, & tempore illos pertinendi ac presentandi.

A Postoli hoc loco dicuntur literæ dimissoriæ, quas Judex, à quo fuit appellatum, transmittit ad judicem, ad quem est appellatum, quibus testetur Titium v.g. à sententia à se lata appellasse. Sunt autem varia Apostolorum seu litterarum dimissoriarum species: alii dicuntur dimissori ad Judicem ad quem directi, quibus appellatum ad illum, & admissa appellatio ei significatur; alii dicuntur reverentiales Apostoli, quibus significat Judex à quo, admissam à se appellacionem, non ex justitiae causa, sed ob relevantiam illius, ad quem appellatum est; alii dicuntur refutatorij, quibus significat Judex à quo, Judici ad quem, quod à se admissa non fuerit appellatio, exprimendo

408 Tit. XXVIII. De appellationibus, recusationibus, & relationibus
do causam etiam hujus non admissionis; alii dicuntur convectionales, quos pars aduersa admittens appellationem dat parti appellanti, admittens appellationem sive in judicio, quamvis Judex eam non admittat, sive extra judicium; alii denique vocantur testimoniales, quando scilicet absente Judice coram Notario fit appellatio, ita ut de tali appellatione per hos Apostolos testetur Notarius &c.

Tenetur autem Judex a quo appellanti, & Apostolos perenti tradere, adeo quidem, ut si cum debita instantia, loco, & tempore congruo requisitus non tradatur, sed in cœla procedat, non valeat processus, & restandus sit per Judicem appellationis, prout sumitur ex e. *Vt super 4. b. t. 6.* præsumitur enim malo animo processisse Judex a quo, si Apostolos negavit. nisi ultra appellationi renuntiasset, qui appellavit. Peti autem debent & possunt ab appellante (sive a definitiva, sive ab interlocutoria, sive judicialiter, sive extra judicialiter appellatum fuerit) & exhiberi a Judice, a quo hi Apostoli hodiè inter 30. dies (quos inter a die sententiae latæ & scientiæ habita communerandos, si non petiverit appellans, censetur appellationi factæ renuntiate, quæ est præsumptio juris & de jure) & peti debent ac dari expensis appellantis, prout communis praxis haber; & quidem instanter & saepius (instanti & instantissimè) vel uno contextu, vel interposito etiam actu extraneo successivè peti debent, uti habetur in Clement. *Quamvis 2. b. t. juncta Glossa V.* uno contextu, ita tamen ut ad accipendos petitos Apostolos Judex a quo certum tempus præfigere possit, cum illius

sit ex causa prorogare aut arctare tempus a jure concessum, prout habetur n. 2. ff. *dere indic.* & si appellans illo tempore non compareat, censeatur appellationi suæ renuntiassæ.

Præsentari verò debent hi Apostolos ad quem (nisi certum tempus introducendam suam appellationem praefixerit Judex a quo, quod facere possit intra tempus sex mensium, à tempore interpositæ appellationis numerando (sive scilicet temporis hoc spatiū ad introducendam appellationem praeficeretur aut Judicis arbitrio, ut certum tempus præfigat, relinquentे, tum ut appellanti deliberandi relinquatur liberum utrum interpositam appellationem prosequi velit, tum ut ne nimis prolongentur lites) ita ut si intra hoc tempus concessum, vel a Judice cum licentia patris præfixum tempus suos Apostolos non præsentaverit, & appellationem suam non introducerit apud Judicem ad ipsam deserta censeatur appellatio.

§. III.

Intra quod tempus appellans præsumitur qui debeat appellationem, & finire?

A Nnus appellanti datur ad protegendum, & finiendam appellationem & ex justa causa, necessaria & evitanda biennium, ita tamen ut Judicis quod ordinatio quam delegato licet brevi etiam tempus præfigere ad protegendum appellationem suam. c. *Civ. f. 1. 1.* &c. *Ad aures 33. b. i.* quod tempus non observaverit appellans ad protegendum suam appellationem, censetur appellationem suam deseruisse, sive judicem